

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschienen] 1559

Scena II.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

H E C Y R A

Aliquid tulisse comminiscetur mali.

Capiti, atque ætati illorum, morbus qui auctu' sit:
Hera in crimen ueniet, ego in magnum malum.

A C T U S T E R T I I S C E N A II .

S O S T R A T A , P A R M E N O ,
P A M P H I L V S .

S. Escio quid iam dudum hic audio tumultuari
n. misera:

Male metuo, ne Philumenæ magi' morbus
aggrauescat:

Quod te Aesculapi, & te Salus, ne quid sit huius, oro.
Nunc ad eam uisam. Par. heus Sostrata. s. ehem. Par.
iterum istinc excludere.

S. Ehem Parmeno, tu ne hic eras? perij, quid faciam
misera?

Non uisam uxore Paphili, cū in proxumo hic sit ægra?

Par. Non uisas, nec mittas quidē uisendi cauſſa quenquam.

Nam qui amat cui odio ipsus est, bis facere stulte duco:

Laborem inanem ipsus capit, & illi molestiam affert.

Tū autē filius tuus introiit uidere, ut uenit, quid agat.

S. Quid ais? an uenit Pamphilus? Par. uenit. s. dijs grā
tiam habeo.

Hem, istoc uerbo animus mihi rediit, & cura ex corde
excessit.

Par. Iam ea te cauſſa maxume hac nunc introire nolo:

Nam si remittent quippiam Philumena dolores,

Omnem rem narrabit, scio, continuo sola soli,

Qua



Quæ inter uos interuenit, unde ortum est initium iræ.
Atque eccum uideo ipsum egredi: quām tristi' st. so. o
mi gnate.

Pa. Mea mater, salue. S. gaudeo uenisse saluom. saluan'
philumena est? Pam. meliuscule est. s. utinam istuc ita
dij faxint.

Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam tristis? Pam.
recte mater.

So. Quid fuit tumulti? dic mihi: an dolor repente inuasit?
Pam. Ita factum est. So. quid morbi est? Pam. febris. So.
quotidiana? Pam. ita aiunt.

I sodes intro, consequar iam te mea mater. So. fiat.

Pam. Tu pueris curre Parmeno obuiam, atque his onera
adiuta.

Pa. Quid? non sciunt ipsi uiam, domum qua redeant?
Pam. cessas?

ACTVS TERTII SCENA III.

P A M P H I L V S.

Pam. Equeo mearum rerum initium ullum inueni-
re idoneum,
vnde exordiar narrare, quæ nec opinati ac-
cidunt,

Partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi au-
ribus:

Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.

Nam modo me intro ut corripui timidus, alio suspicās
Morbo me uisurum affectam, ac sensi esse, uxorem:
hei mihi,

S 3 Postquam

